

uno genere figuratiōis, & una mundi coniunctiōe
 concepta, alia propter regionis ardorem acutum spiri-
 tum aeris exprimunt tactu, alia ppter humoris abū-
 dantiam grauissimas effundunt sonorum qualita-
 tes, Item propter tenuitatem cœli, meridianæ natiōes
 ex acuto feruore, mente expeditius celeriusq; mouen-
 tur ad consiliorum cogitationes, Septentrionales autē
 gentes in fusæ crassitudine cœli, ppter obstatiā aeris
 humore refrigeratæ, stupentes habent mentes, Hoc
 autem ita esse a serpentibus licet aspiciere, quæ per
 calorem cum exhaustam habent humoris refrigera-
 tionem, tunc acerrime mouentur, per brumalia autē
 & hyberna tempora mutatione cœli refrigeratæ, im-
 motæ sunt stupore, ita non est mirādum si acutiores
 efficit calidus aer hominū mentes, refrigeratus autē
 contra tardiores. Cū sint autē meridianæ natiōes ani-
 mis acutissimis infinitaq; solertia consiliorū, simul
 ad fortitudinem ingrediuntur, ibi succumbunt, quod
 habent exuctas ab sole animorum uirtutes, Qui ue-
 ro refrigeratis nascuntur regionibus ad armorum ue-
 hementiam paratiores sunt, magnisq; uiribus ruunt
 sine timore, sed tarditate animi sine considerantia ir-
 ruentes, sine solertia, suis consiliis refringuntur, Cū
 ergo ab natura rerum hæc ita sint in mundo colloca-
 ta, ut omnes nationes immoderatis mixtiōibus sine
 disparatæ, placuit, ut inter spacia totius orbis terra-
 rum, regionumq; medio mudi populus Romanus pos-
 sideret fines, Nāq; temperatissimæ ad utrāq; partē,
 & corporum membris, animorūq; uigoribus, p forti-
 tudine sunt in Italia gentes, Quæ admodum enim lo-